Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

afflictionem et curam superfluam ut addat et congreget et tradat ei qui placuit deo. Sed et hec vanitas et cassa sollicitudo mentis.

3 Omnia tempus habent et suis spaciis transeunt universa sub celo. Tempus nascendi et tempus moriendi. Tempus plantandi et tempus evellendi quod plantatum est. Tempus occidendi et tempus sanandi. tempus destruendi et tempus edificandi. Tempus flendi et tempus ridendi. Tempus plangendi et tempus saltandi. Tempus spargendi lapides et tempus colligendi. Tempus amplexandi et tempus longe fieri ab amplexibus. Tempus acquirendi et tempus perdendi. Tempus custodiendi et tempus abiciendi. tempus scindendi et tempus consuendi. Tempus tacendi et tempus loquendi. Tempus dilectionis et tempus odii. tempus belli et tempus pacis. Quid habet amplius homo de labore suo. Vidi afflictionem quam dedit deus filiis hominum ut distendantur in ea. Cuncta fecit bona in tempore suo et mundum tradidit disputationi eorum ut non inveniat homo opus quod operatus est deus ab initio usque in finem. Et cognovi quod non esset bonum melius nisi letari et facere bene in vita sua. Omnis enim homo qui comedit et bibit et videt bonum de labore suo hec donum dei est. Didici quod omnia opera que fecit deus perseverent in perpetuum. Non possumus eis quicquam addere nec auferre que fecit deus ut timeatur. Quod factum est ipsum permanet que futura sunt iam fuerunt et deus instaurat quod abiit. Vidi sub sole in loco iudicii impietatem et in loco iusticie iniquitatem. Et dixi in corde meo iustum et impium iudicabit deus et tempus omnis rei tunc erit. Dixi in corde meo de filiis hominum ut probaret eos deus et ostenderet similes esse bestiis. Idcirco unus interitus est hominis et iumentorum et equa utriusque condicio. Sicut moritur homo sic et illa moriuntur. Similiter spirant omnia et nihil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent vanitati et omnia pergunt ad unum locum. De terra facta sunt et in terram pariter revertentur. Quis novit si spiritus filiorum adam ascendat sursum et si spiritus iumentorum descendat deorsum. Et deprehendi nihil esse melius quam letari hominem in opere suo et hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet ut post se futura cognoscat. x

Verti me ad alia et vidi calumpnias que sub sole geruntur et lacrenas

lacrimas